

num. & Primatem Gallia Narbonensis fecunda. Plura de Massiliensi urbe post Saravonem in notis ad Sidonium, conge-...

COMMENTARIUM.

3 Conclufio probatur. Ommitur ex hoc textu talis deducitur disputanda af-...

4 Traditur ratio. Sed pro dubitandi ratione ita in presentem assertionem...

5 De possessione accedentia ad usufructum. Haec dubitandi ratione minime obstante, vera est praesens...

6 Possessio debet esse continua. Id est quarundam rerum dominium acquiritur per possessionem...

7 De interruptione civilis. Civilitas interruptitur praescriptio litis contestatione, cit-...

8 De iustitia seu extrajudiciali de- nunciatio- ne. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

9 Traditur ratio etiam. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

10 Diffinitio traditur ratio. NE religiosorum virorum corda saecularium rerum contentio a mutua, quod abbat, charitate disjungat, magna...

NOTAE.

1 A Syracusano. In hac sexta collectione tantum legitur inlem,...

11 Exponitur ratio. Supra traditis opponi potest textus in l. si fundus 16. ff. de...

12 De iustitia seu extrajudiciali de- nunciatio- ne. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

C A P U T I X.

Greg. Joanni Episcopo a Syracusano.

13 De iustitia seu extrajudiciali de- nunciatio- ne. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

14 De iustitia seu extrajudiciali de- nunciatio- ne. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

15 De iustitia seu extrajudiciali de- nunciatio- ne. Litis contestatio ad interrompendam praescriptionem neces-...

num regunt. Verum hac solutio facile vincitur, siquidem iuxta veritatem doctrinam unico testi etiam de re sibi nota, & perito in ea arte, in quo testimonium dicit, non creditur, ut docent Donellus in l. i. Jurisjurandi, n. 91. C. de test. Garzias de expolli, c. 24. n. 20. Sanchez de matrim. l. 7. diff. 109. n. 8. & de spu. l. 13. n. 16. & alii congeſſi ab Amaya in l. 2. C. de iure Et. ſci, n. 25. Et probatur ex lege ſi irratione 8. §. 1. ff. finium regund. ubi in hac eadem ſpecie duo agrimenſores exiguntur: & ex l. 1. ff. de veter. inſp. c. proſcripti 4. c. penult. de prob. c. fraternalitatis, c. ſm. de ſig. c. ne aliqua 27. q. 2. ubi cum obſcures adhibeantur ad probationem virginittatis, tres, aut quatuor eliguntur: & in c. ſignificati, vel 2. de homicid. l. ſemel, C. de re militi. cum de probanda valetudine agatur, duo ſaltem medici adhibentur: & in authentica de alienandis, aut permittendis rebuſ Eccleſie, §. quod autem, l. hoc etiam, §. ſi illud, C. de ſecund. nupt. ubi agitur de valore adficii, jubetur ut plures fabri eligantur: & etiam ſi de comparatione litterarum agatur, non unus, ſed plures periti eligantur, l. comparatione, C. de fide inſtrum. novil. 91. c. 3. Ergo idem dicendum eſt in agrimenſore. Nec felicius Pincellus in l. 2. C. de reſcind. 3. p. c. ult. n. 5. Padilla in l. 3. C. de iuris, & facti, n. 33. Gomez l. 2. var. c. 10. n. 5. & l. 3. c. 3. n. 28. quos referit Sanchez l. 7. de matrim. diſput. 113. n. 16. docuerunt, quod licet regulariter duo periti adhibendi ſint, ex iuribus citatis; tamen ſi in civitate unus tantum reperitur, illi fides adhibenda eſt, argumento dictae authenticae de non alien. §. quod autem. Nam facile reſellitur hac ſolutio per Amayam ſub ſupra, Arellanum l. 2. animum, cap. ult. ex eo, nam quod prohibet etiam eo caſu ex alio loco peritos vocari, ut numerus ſaltem duorum, vel trium adimpleatur? Alii ſubtiliter tunc hunc accipiunt ut verbo agrimenſoris utatur Pontifex, non tam ut exprimat numerum, quam unus perſona, cujus miniſterio fines agrorum regundi erant, juxta illud Virgili 2. Aeneid. verſ. 20.

Uterque armato milite complexus. Ubi non tam numerum, quam manus Graecorum militum exprimit Poeta. Sed hac interpretatio non convenit litterae textus; ſiquidem aperte ſenſit Gregorius de Joanne agrimenſore, qui e Romanæ urbe Panormi profectus fuerat, unde verbo agrimenſoris non tam manus, quam perſonam exprimit. His ergo omiſſis, dicendum eſt, quod licet in caſibus, in quibus ex iudicio agrimenſorum agri, ſeu fines regundi ſunt, duo, aut tres eligantur, qui non tam ut teſtes, quam ut iudices deponant; tamen in præſenti ſpecie, cum ex teſtibus, vel inſtrumentis conſtare de limitibus, ſeu finibus monaſteriorum, ideo juxta Syracuſanas re comperit, unus tantum miniſterio agrimenſoris utatur ad fines regundos, non vero ut ex eorum diſpoſitione ſententiam proferat; immo cum in conſpectu iſtus unus agrimenſor, præcipue cum publica auctoritate eſſet conſtitutus, & approbatus; quo caſu unus tantum ſufficit, ut de ponderatore, valgo contraſte, & ſimilibus probari in dict. cap. in omni, de reſtitu. & docent Amaya ſupra, n. 27. Arellanus de arce, ult. n. 7. Unde ſub modo ut teſtis agrimenſor in præſenti adhibitus fiat, ſed tantum ad miniſterium regundi fines vocatus, & ita ſufficebat unus.

Prescriptione ſervata. Non quia ipſi fines, & termini agrorum præſcribi alio tempore poſſunt, ſiquidem tam jure Caſarico, ut probatur in c. 3. de probat. cum Canonico eorum præſcriptione inhibita eſt, c. quicumque, c. licet, cum ſequenti, 16. q. 3. juriſtis traditis ab Alciato in l. quicumque, n. 13. C. finium regund. Parla. l. 1. rer. quod, c. 1. §. 17. ex rationibus congeſſis in d. c. 3. quibus & illa iungenda eſt, tantum æquam viſum eſt ad id vicinos adigere, ut fines accurate cuſtodirent, ne in vicem, ut ait Alciato ſupra, n. 26. qualibet hora digladiarentur, aut limites excederent: cum huiusmodi rixas, & præſatos clericos de cetero ab eorum perceptione eccl. cenſ. compeſcat.

C A P U T X.

a Lucius III. de Maſſandane, & de Dereſtre Abbatibus, & Magiſtro A. de Va. de Fordit.

EX tranſmiſſa nobis conſeſſione Abbatis, & monaſtorum de Abandoe accepimus, quod cum Eccleſia de Caſemore ad jus eorum pertinere, & homines de N. & de Vuichan. parochiani ſint ipſius Eccleſie, clerici qui prædictas B. Eccleſias de N. & N. habuerunt, minutim omne jus parochiale, præter jus funerandi, matriæ & Eccleſie ſubtraxerunt. Sibi enim decimas, & obventiones alias retinentes, tantum moruorum cadavera ad prædictam Eccleſiam deferri finebant: quorum ſucceſſores prædicta parochialia jura ut dicitur, contendunt auferre. Propter hoc d. v. per A. f. m. quat. ſi quod aſſertur, noveritis veritate eſſe ſubnixum, prædictas decimas, & obventiones cum aliis obventionibus matriæ Eccleſie memoratæ ap. rem. præſcriptione hoſtilitatis tempore non corrente, reſtitui faciatis; & præſatos clericos de cetero ab eorum perceptione eccl. cenſ. compeſcat.

N O T Æ.

a Lucius III. Ita etiam legitur in c. 1. de capel. monach. in 2. collect. ubi additur. a Lucius III. de Maſſandane, & de Dereſtre Abbatibus, & Magiſtro A. de Va. de Fordit. Sed ita hæc inſcriptio corrupta eſt, ut facile cognoſci non poſſit, de quibus monaſterii in præſenti agatur, nec quibus Prælatiſ regularibus, Germanie, aut Anglie miſſa ſit præſens epistoſta.

b Eccleſias. Capella videlicet principalis Eccleſie: unde textus hic in ſecunda collectione reperitur ſub ritul. de capel. mon. c. Matriæ Eccleſie. Quæ ita dicitur, quia alias ſub fe, ſi-

bique ſubditas habet, & regulariter pro Eccleſia Cathedrali accipitur, ut ex Innoc. III. in l. 1. c. ad Abbatem de Alcobaria, notavit Fileſacus de orig. paroch. c. 2. & Frances de Eccl. Cathed.

COMMENTARIUM.

EX hac Decretali ſequens deducitur diſputanda aſſertio. Tempore hoſtilitatis, vel cum in iudicio agi non poſſit, quiſque præſcriptio. Probat ab ſpecie hoſtilitatis textus in c. 1. §. ultimo 13. 26. q. 3. in illis verbis: Sicut enim per legem mundialem iis, quos barbarica ſeritas captiva necitate tranſvexit, poſſimio revertentibus redditur antiqua pol-

ſeſſio, non alienæ Eccleſie receptura eſt parochiam, quam ante tunc cum rebus ſuis, ſive ab aliis Eccleſiis poſſideatur, ſive in cuiuslibet poſſeſſione tranſſata ſit, non enim erit obſcure præſcriptio temporis, ubi accentiſſis intereſt hoſtilitatis. Quæ verba accepta videtur ex Honorii, & Theodoſii conſtitutione relata in l. ult. C. de poſſimio, veter. qui eſt lex 2. C. Theod. ad. rit. novell. Valenti. tit. 27. de Epiſc. iud. ubi ait ita Caſar; Tricennaliſ temporum definitione concludi ea præſcriptio, quæ perpetuis, ac inſinitis ſæculis ſervabantur, exceptis Afrorum negotiis, qui le probaverunt necitatem Vvandaliſ dilaicam periculoſe, ut de eorum cauſis illa tempora præſcriptio tricennio ſubtrahatur, quæ clareſcit ſub hoſtilitate conſumpta. Ubi explicite prædicta verba Anianus. Memini etiam alterius legis Honorii Procopius l. 1. de rebuſ Vvandaliſ, qua prædictus Caſar, quamviſa Vvandaliſ Hispania relicta, præſcriptionem tricennariam dominis nocere voluit: dum Provinciam hoſtiliter Vvandaliſ tenuiſſent. Ad idem tendit Novella 36. Juſtiani, qua inter novellas Juſtiani antecelſor non invenitur, qua caveatur, ut omnia, qua Africanis crepta ſunt a Vvandaliſ, non obſtante tricennali præſcriptione, reddantur intra quinquagium, vel ipſis dominiſ, vel eorum deſcendentibus, vel cognatis ex tranſverſo utque ad tertium gradum. Et alia conſtitutio pragmatica Juſtiniani ejuſdem, qua idem indulium ſuit Italiciſ Gothiciſ gentiſpalia, ubi notaſ Cajacius, qui aliqua ex hiſ notaverat ad rit. C. de præſcrip. origina vel quadrag. annor. & poſt cum Grotius l. 3. de iure belli, §. 9. m. 13. & in notariſ. Per argumentum probant textus in c. 1. 16. q. 3. cum per bellum 24. q. 1. c. Pontifices 7. q. 1. c. cum voluiſ 12. hoc rit. c. qua diſpoſitionem, de conſeſ. prob. leg. necer 38. §. ſi quis ſapius, ff. ex quibus cauſ. quor. l. quod tempore 7. C. de re militi. Illuſtrant ultra congeſſa a Barboſa, & Garana hic, Cajac. in præſ. & ad rit. C. de præſcrip. 1. 3. Grotius l. 3. de iure belli, c. 13. Velalcoſ de privi. paup. l. 3. q. 35. Suarez alleg. 3. P. Gregorius l. 40. ſynag. c. 6. Molina de iuſt. trail. 2. diſp. 799. Petrus Barboſa in l. ſi cui 3. C. de præſcrip. 30. vel 40. Vela diſſert. 9. r. 1. I. Gothof. in d. l. 2.

Sed pro dubitandi ratione in præſentem Lucii deſiſionem ita inſurgo: Si contra impedimentum agere non curret præſcriptio, non daretur caſus, in quo contra præſcriptionem ſuccurreret domino per integram reſtitutionem, ex generali clauſula, ſi qua nihil iuſta cauſa. Sed paſſim legitimus, non ſolum minoribus, veram & majoribus dari reſtitutionem in integram, & ex dicta generali clauſula, l. ab hoſtibus 15. §. ſi iuſta, l. ſequenti, ff. ex quibus cauſ. maior. l. ab hoſtibus 18. C. de captiv. l. nulla 24. C. de R. V. l. 1. & per tot. C. de reſt. militi. l. 1. r. 1. l. 1. ab hoſtibus 6. cum ſer. l. ſi iud. quibus non obit. long. temp. præſcrip. Ergo contra impedimentum agere currit præſcriptio, Auger hæc diſcultas ex l. 3. §. 9. qui ergo, C. de præſcrip. 30. l. ſm. C. in quibus cauſ. in integram; ubi docetur contra impedimentum agere, aliquando currit præſcriptionem abſque ſpe reſtitutionis. Igitur & contra Eccleſiam etiam tempore hoſtilitatis currit præſcriptio.

Qua diſcultate ita ſoluta non obſtante, vera eſt præſentis deſiſio, pro cuius expoſitione ſerendam eſt, præſcriptionem aliquando nec currit, nec procedit, nec interrupti, ſed queſcere, & dormire, ut pragmatici loquuntur: cuius expoſitionis varios caſus congerit Velalcoſ ubi ſupra Barboſa de præſcrip. l. 1. §. 6. princip. Menochius de arbit. cap. 118. inter quos quatuor communi calculo recepti ſunt. Primus cum a deſt. hoſtilitatis, ex præſenti textu, & aliis ſupra relatis. Secundus popillaribus, etiam qui etiam ſubſtancer de omni præſcriptione, etiam tricennali: quem caſum etiam in minore late examinat Balboa, & Garana in præſenti, Arias de Meſa lib. 2. varior. cap. 44. num. 17. Tertius quando Eccleſia deſtituta eſt proprio Patrore, cap. de quarta, c. non auſus, in c. 1. quem late examinat Barboſa de poſſ. Epiſcop. alleg. 132. Vel cum ſchilma addit, quo caſu nec contra Romanam Eccleſiam præſcriptio currit, cap. cum vobis 14. hoc rit. ex quo recte deducunt Interpretes, tempore tyranniſis contra regalia non currit præſcriptionem. Quartus caſus deſinitur ex l. 1. Cod. de bonis mariti. videlicet ut non currat præſcriptio contra ſilium durante patria poteſtate in rebuſ adventitiis, quas pater tamquam legitimus administrator alienavit. Etiam contra relegate non currit præſcriptio, ex l. ſm. rit. 2. l. 10. legum Viſigothiſ ibi: Quamto præſcrip. conditio arguetur humana, tan- to multis remediis clementiam Principalem neceſſitati con- ſulere dect humane. Quapropter cum quique nobiliſ, atque interior, ingenuſ, ſive etiam ſervuſ, regio iuſta in cuſtodiam, vel exilium extiterit deputatuſ, & contingat cum quandoque aut liberationem invenire, aut ad ſua bona reverti: ſi quancumque rem in petitione videatur habere, non illud tempore pro tricennali, vel quinquagenario au-

noram numero in ejaſ actione jungatur, quo ipſe in cauſa, dia, vel in exilio ſitue dignoſcitur; ſed remotio omniſſo illo tempore, quo evidenter eidem perſona in præſentiſ, & in poſteriori conſtitute ſibi debitum negotium proſequi non ſicut, de cetero vero juxta legum decreta, vel tempus, & in ejaſ obſectione legiſ ordo maneat conſtitutuſ. Ratio præſentis deſiſionis in prompta eſt, nam cum non currat præſcriptio contra legitime impedimentum, l. 1. Cod. de annaliſ excepti, leg. 1. Cod. de diſpoſ. & tempor. leg. in rebuſ 30. §. omniſ, Cod. de iure ſit. & tempore hoſtilitatis juſ non dicatur, nec detur facultas agendi in iudicio, c. prima actio 16. quæſ. 3. & præſcriptio introducta ſit in odium negligentium cuſtodiam rerum ſuarum, ne ex eorum defectu illarum dominium ſit in incerto, leg. 1. Diſpoſ. de uſu. ſed tempore hoſtilitatis non currit præſcriptio, ſed potius dormit, quia vero domino imputari non poteſt, quare res ſuas diligentius non requiſierit, & ſuſcipientem interpellerit: ſinito autem bello procedit præſcriptio, que non fuerat hoſtilitate interrupta, ſed ſuſpenſa.

Nec obſtat dubitandi ratio ſupra expoſita, qua oppreſſi iuriſ Interpres varias adduxerunt interpretationes. Annibal in leg. naturaliter, num. 293. & 294. de acquir. poſſeſſ. exiſtimavit, præſentem textum procedere impetrata reſtitutione in integrum, ita ut non ipſo jure queſcat præſcriptio, ſed tantum imperato prædicto beneficio. Veram hæc interpretatio non convenit verbis huius deſiſionis, ubi potius docetur ipſo jure dormire præſcriptionem. Inmala in cap. qua diſpoſitionem 5. de conſeſ. prob. & Panormi in præſenti, n. 23. exiſtimavit, differentiam eſſe aſſigmandam inter juſ Pontificum, & Civileſ; ita ut jure Canonico, tam ob impedimentum facti, quam juriſ ceſſe, & dormiat præſcriptio; jure vero Civili tantum ob impedimentum juriſ: & ita eo jure atento, quando adeſt impedimentum facti, neceſſariam eſſe reſtitutionem; jure vero Canonico, ipſo jure queſcere præſcriptionem. Sed cum etiam interpretationem doctæ reſellunt Pincellus in d. l. niſi tricennale, n. 47. Velalcoſ ubi ſupra. Quare hiſ omiſſis dicendum eſt, quod licet quando adeſt impedimentum facti, currat præſcriptio, ita ut neceſſaria ſit in integram reſtitutio; tamen quando impedimentum eſt facti notorium, ita ut omnibus pateat, qualis eſt hoſtilitas, tunc neceſſaria non eſt in integro reſtitutio: imo ſtatim ac adeſt expoſtandi facultas, queſcit, & dormit præſcriptio, quod idem procedit in caſu ſchilmatuſ. Quare licet in juriſ teſtimoniis pro confirmatione conſoluntis adductis neceſſaria eſſet in integram reſtitutio, qua impedimentum facti aderat, tamen in præſenti caſu, & in d. cap. cum vobis, hoc rit. ipſo jure queſcit, & dormit præſcriptio. Latius proſequuntur Barboſa de poſſ. Epiſcop. alleg. 132. ex num. 16. qui ad varios caſus vacantis Eccleſie extendit præſentem deſiſionem. Balboa in præſenti, qui late de in integram reſtitutione adverſus præſcriptionem agit.

Ex ſupra adductis conciliandi ſunt textus in leg. 4. Dig. de diverſ. & tempor. & in l. ſi ſervus 25. Dig. de ſtipul. ſervor. qui in eo convenient, ut ſervuſ captivi non ſolum ſtipulari poſſit do- mino ſuo, veram & ſideiſſimiles accipere, qui accedant obligationi contracte in favorem captivi. In eo tamen diſſentiant Conſulti, quod Javolenus in d. l. 4. affirmat contiguo diem ſatisfactionis cedere incipere, quia ait: Intueri debemus, an experiundi poteſtas fuerit adverſus eum qui obligatuſ eſt; non vero, an ſi agere poſſit, qui rem in obligationem de- ditit. Venulejuſ vero in d. l. 25. reſpondit, tempus cedere a die aditæ hereditatis captivi, vel ex quo redierit non vero ſtatim. Implacabile eſſe antinomiam docuerunt Anton. Faber l. 4. conſeſ. c. 3. Schifordes. lib. 2. trail. 16. quæſt. 1. 2. & 3. Sed hiſ omiſſis, & emendatione Goveani l. 1. varior. cap. 31. cui conſentit Hothomanus l. 3. obſerv. cap. 19. & P. Faber l. 3. ſequeſt. cap. 7. dicendum eſt cum Cajacio l. 16. obſerv. cap. 38. Javolenum in d. l. 4. procedere, & accipendum eſſe de tempore conventionali, quod eſt continuam; ideoque ſtatim currit, incipit, at vero Venulejuſ in d. leg. 25. loqui de temporali actione, ex juriſ diſpoſitione præſcribenda: qua præſcriptio impedito non currit, donec experiundi facultatem adquiretur, juxta textum in l. 1. Dig. de diverſ. & tempor. & ſupra adducta. Cuiactum ſequuntur, licet non æqualiter ejuſ mentem interpretant Hieronymus Aſon. in rubr. de uſuſap. pro emp. n. 263. Olea de caſt. jur. tit. 1. q. 2. n. 84. ex noſtris ſalmaniceniſibus D. Joan. de Larrea tom. 1. deciſ. 49. num. 25. Valentia tom. 3. illuſt. r. 1. cap. 2. num. 11. D. Joſeph de Retes l. 6. quæſt. cap. 5. qui late exponit prædicta jura, & in præſenti exponi poſſunt textus in leg. minus 24. §. ſm. cum l. ſequenti, Dig. de ſervit. ruſtic. præd. juncto Cajacio l. 7. §. 2. Papi. ibi. l. 2. §. 1. ut de ſtatu deſerenti. l. cum quidam 14. Dig. de honor. poſſeſſ. leg. ſi ſervuſ, Dig. de diverſ. & tempor. præſcrip.

C A P U T XI.

Innoc. III. Abbati de a Gerreto.

Accedentes ad præſentiam noſtram dilecti filii N. b. Prepoſiti de ſancto Nazario, & A. Canonici ſancti Stephani, ſyndici, & procuratores dilectorum ſitorum Primitiviſ, & Cleri Mediolanenſis, de d. Ordinariſ majoris Eccleſie nobis graviter ſunt conqueſti, quod cum ipſi Legatoſ, & Nuncios Apoſtolice Sedis devote recipiant, & procurant; dicti Ordinariſ & procuratores ipſos renuunt; & procurantibus ad expenſas ſubſidium impertiunt, unde clericuſ Mediolanenſis grave quebentur præjudicium generari. Cum enim per civitatem ipſam ſæpe contingat tranſire noſtroſ Nuntioſ & Legatoſ, quanto in eorum & procurantibus faciendis pauciores exiſtunt, tanto facientes amplius pragrantur: & quanto per plures unus eſt procuratoruſ diviſum, tanto a facientibus ſæcilis porta-

portaretur. Qui siquidem Ordinarii, cum pro eis, & aliis vigilare iugiter non cessemus, & spiritalia (sicut Dominus dederit) omnibus ministrare, cur in huiusmodi speciali se iure fatigant tueri non videtur, praesertim cum & Apostolus dicat, Si vobis spiritualia seminamus, non est magnum si carnalia vestra metamus, & instantia nostra quotidiana sit omnium Ecclesiarum sollicitudo continua, sicut plenus norunt praesentes pariter & remoti. Volentes autem, ut quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur, discretione tua per Apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus praedictis Ordinariis ad tuam praesentiam convocatis, nisi per speciale privilegium Ap. Sedis a praesentibus procuracionibus ostenderent se immunes, etiam si longissimo tempore procuracionis obsequium non impendissent, cum in talibus sibi praescripto locum nequeat vendicare, ipsos ad procuracionis sarcinum ordine debito subeundam ap. rem, teneri decernas. Si quid etiam aliud dictis syndici contra praefatos Ordinarios habuerint quaestiones, audias illud, & remoto ap. obtul. iustitia mediante decidas; faciens quod decreveris, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Datum Later. vii. Kal. Martii.

NOTAE.

a Errato.) In tertia collectione, sub hoc tit. cap. i. legitur de Carroca, in hac sexta collectione, de Carroca: sed credo legendum esse de Caneto: quod monasterium est Ordinis Vallis Umbrosae, in diocesi Valterana, ut refert Tamburinus in serie Abbas. l. i. v. Eius monasterii meatio fit ab Innocentio nostro in epistolis editis a Guill. Sireto, fol. 333. ex quo codice l. i. fol. 283; ita textum hanc transcribo: iunge textum in eum instantia, de consil.

b Praepositus.) Quae Praepositura S. Nazarii unita fuit monasterio S. Euphemiae, Ordinis D. Benedicti, teste Tamburino in serie Abbas, verbo Brictensis.

c Sancti Stephani.) In Brolio nuncupati, cujus Praeposito, & Fratris scribit Innocent. III. l. 2. ep. 426. de quo monasterio Canonorum regularium nonnulla adduxit Pennotus l. 2. hist. canonice, regul. c. 26. n. 2.

d De Ordinariis.) Ita appellantur in Ecclesia Mediolanensi Canonici. Item Innocentius III. ep. 333. eisdem libri 1. quae etiam pertinet ad Mediolanensem Ecclesiam. De numero viginti Canonorum, qui proprie Ordinarii appellantur, ut & Canonici Strasburgenses, Regino Abbas a. chron. c. Bodem anno Vviregus Metensis Episcopus obiit, cui Benno ex Ordinariis Strasburgensibus, in Alpibus, quondam eremiticum vitam docens, successore eligitur. Et Canonici Lincolnenses in Anglia, Matthaeus Vvestmonasteriensis ad annum 1240. Quod mox cum vacaverit, in Archidiaconos & Ordinarios Ecclesiae omnis die, hoc iudicium, sicut & solet, procedere. Et alii Canonici passim in Anglia. Idem Vvestmon. ad an. 1261. Prioribus, Archidiaconis, & aliis Ecclesiarum Ordinariis. Ut etiam Ravennae dicuntur Canonici Cardinales: Lugduni Comites, ut notatur in presenti Cajac. & Barb. n. 4.

C A P U T XII.

Idem a Vimanen. de Cosa, & de Sancto Torquato Prioribus.

Cum non liceat a capite membra recedere, non sufficimus admirari, quod sicut referente venerabili fratre nostro b Bracharen. Archiepiscopo, nostris est auribus intimatum, licet Ecclesiae vestrae in ipsius sui diocesi constituta, vos tamen nullam exemptionis privilegium praetendentes, obedire sibi tanquam Episcopo vestro contumaciter recusatis. Cum igitur crimen ariolandi sit repugnare, & scelus idololatricae nolite acquiescere, fulmine nolentes, quod subditi Praelatis suis non obediant, ut tenentur, de communi fratrum consilio per Apostolica vobis scripta mandamus, & in virtute obedientiae distinte praecipimus, quatenus praefato Archiepiscopo & Ecclesiae Bracharensi obedientiam, & reverentiam debitam, sicut alii Clerici suae Diocesis faciunt de cetero sine contradictione qualibet impendatis praescriptione temporis non obstante. Alioquin sententiam, quam idem in vos, vel Ecclesias vestras propter hoc rationabiliter tulerit, ratam habebimus; & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. Datum Later. vii. Kal. Augusti.

NOTAE.

a Vimanen.) Ita restituo epigraphen, & litteram huius textus ex Epistolis Innocentii III. editis a Sireto l. 2. ep. 162. fol. 367. Vimanen, vulgo Guimara, est in Lusitania, in diocesi Bracharensi, ubi olim erant duae Ecclesiae Canonorum regularium ordinis S. Augustini: alia dicta de Cosa, iuxta ipsum municipium de Guimara, quam hodie possident fratres Eremitae D. Hieronymi, ut refert Pennotus l. 2. hist. canonice, regul. c. 32. n. 3. alia S. Torquati, quae hodie unita est Ecclesiae Vimanensi, ut refert Barboza in pres. n. 3.

b Brachar.) Martino II. qui fuit acerrimus suae Ecclesiae, & ejus jurium propugnator floruit per annos 1209. ut refert Accuna de Primatu Ecclesiae Bracharensis fol. 212. De Ecclesia Brachar. nonnulla notavi in c. coram, de integ. restit.

COMMENTARIUM.

EX his duabus decisionibus talis communiter deducitur disputanda assertio; Procurationes, quae debentur viciis, tantum provinciam suam, necnon obedientiam Praelati, non praescribuntur. Probant extus diserti in e. cum instantia l. 7. c. venerabili 24. de consil. c. 1. hoc tit. in 4. collect. ibi: (Significavit nobis ven. f. n. Legation. Episc. quod cum idem, vel Archid. suus, diocesim suam visitat, iuxta quod officium polce pastoralis, quidam vestrum praescriptionem, seu etiam consuetudinem allegantes, procuracionem debitam sibi denegant exhibere. Cum igitur in procuracionibus, quae ratione visitationis debentur, nequaquam curat praescriptio, universitati vestrae per Ap. l. pr. m. quat. eidem visitationis officium exercentibus, praescriptione nequaquam obstante, vel alia causa irrationabili, ap. ob. debitam procuracionem impendatis, alioquin sententiam, quam idem propter hoc rationabiliter tulerint in re-

3 Probatur conclusio.

belles, ratam & firmam habebimus. (Innocent. III. lib. 2. ep. 85. ibi.) Significavit nobis ven. f. n. Binaricens. Archiepiscopus, quod cum ex officio sui debito suam dicit provinciam visitandam, nonnulla Ecclesiae Metropolitanice sibi iure subiectae, procuracionem debitam sibi denegant exhibere, hoc ad suam negotiationis defensionem tantummodo allegantes, quod non recordantur se procuracionem huiusmodi ejus praedecessoribus exsolvisse, sed neque ab eis aliquando fuisse petitam. Cum igitur contra procuracionem, quae ratione visitationis debetur, praescriptio non valet, quomodo modum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo praescribi, est alia contra eum praescribere potest utramque: discretione vestra per A. l. pr. m. quat. Rectores Ecclesiarum ipsarum, ad eadem Archiepiscopo ipsas ex officio debito visitant procuraciones, quae sibi visitationis ratione debentur exhibeant, nisi aliud rationale obiectum fuerit, & ostensum, monitione praemissa, per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Quod si non omnes, &c. Duo vestrum, &c. Datum Laterani vii. Kalend. Jun. Pontif. N. anno XV.) Illafrant ultra congestos in praefata Barboza & Garaana, Bruno Chassaing, tract. 2. c. 1. proposit. 2. Doctor Joannes de Parex in c. 1. de consensu n. 20. Petrus Barboza in l. compertis 6. Cod. de praescript. 30. a num. 187. Solorzanus tom. 2. de iure Indiar. l. 2. c. 22. n. 39. Cabedo dec. 40. n. 14. & dec. 41. Cabrer. de metu, l. 2. cap. 34. a num. 60. Cyriacus l. 1. consuetudines, cap. 13. Guitrba de success. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 13. Cancercius l. 1. variat. cap. 12. Olea de cess. jur. l. 1. quod 7. n. 18. D. Sebasti. Cavallero in repetit. ad texum in cap. cum non liceat 12. Cochier de iurisd. in exempt. part. 1. q. 6. n. 16. Barboza de iure Eccles. l. 3. c. 22. n. 27. de poss. Episc. alleg. 123. 129. & 130. Cajac. & Ursu, lib.

Sed pro dubitanti ratione ita adversus praesentem assertio nem insurgit potest: Obedientia Episcopo debita, & procuraciones, quae illi visitanti praestantur, inter jura Episcopalia recen-

5 Praescriptio non Episcopi.

6 Traditur nisi de consensu.

7 Impugnatur altero.

cessentur ab Honorio III. in c. conquisita de offic. Ordin. sed jura Episcopalia praescriptione acquiri possunt, cap. de quarta, cap. auditis, cap. ad auras, hoc tit. Igitur obedientia, & procuraciones praescribi possunt. Accedit, nam si obedientia exemptio non praescriberetur, non daretur praescriptio in regis contra supremos Principes: sed datur, ut late probant Panormit. in pres. Nicol. Serar. in c. 11. Judicium 19. 11. Solorzanus l. 3. de iure Indiar. c. 3. n. 17. Gentilis l. 1. de iure belli, c. 22. Grocius eod. tract. l. 2. c. 4. n. 1. Arnificus de repub. lib. 3. c. 3. §. 7. Artimacanus in Marti Gallico lib. 1. c. 43. Ayora, five auctor arbitri inter ipsum, & vindicias, cap. 7. §. 2. Illafr. Ramos in memor. ad Alexand. VII. in prin. n. 47. Igitur iura contra superiorem obedientiam praescribi potest. Augetur secundo hac difficultas ex cap. cum olim 33. in fine, de priv. cap. cum persona, eodem titul. in 6. ubi docetur, omnimodam exemptionem a potestate, & subiectione Episcopi praescriptione quari posse. Facit tandem; nam privilegium, & praescriptio ita aequiparantur, ut ea, quae possunt privilegio obtineri, possunt etiam acquiri praescriptione, cap. super quibusdam, §. praeterea de v. 5. Sed privilegio potest quis etiam a solutione procuracionum, ex quibus supra congestis, & similiter ab obedientia Episcopo debita, ut probat Bruno Chassaing. de privileg. regul. proposit. 2. per totum. Igitur praescriptio exemptio ab obedientia, & solutione procuracionum acquiri potest. Difficilis etiam est ratio ab Innocentio III. adducta in dist. cap. cum non liceat, ubi ait, ideo contra obedientiam Praelato debitam praescriptionem non admitti, qui non decet membra a capite discedere: diminuta enim illa videtur; nam licet subditi eximantur ab obedientia Episcopo debita, non tamen manent sine capite, quia semper Romano Pontifici subsunt, & parent. Ergo praedicta ratio incongrua est.

Qua dubitanti ratione ita soluta non obstante, vera est praesens assertio, pro cuius expositione sciendum est, ex juri-bus Episcopalis, quae fuerit omnia recensentur in c. conquisita 16. de offic. Ordin. junctis adductis in ejus commentario a Petro Gregorio, & Saario tom. 1. de relig. lib. 1. de divitiis, c. 28. Barboza 3. part. alleg. 74. & 83. alia praescriptione amitti posse, alia nulla praescriptione acquiri valere. Praescriptione amitti possunt quarta decimarum, mortuorum, & similia, de quibus in cap. de quarta, cap. cum olim, 18. hoc tit. Item institutio & destitutio Clericorum in Ecclesis subiectis monasterio, dist. e. cum olim; quia praedictus Abbas sufficienter ostendit monasterium suum munus super institutionem, destitutionem, & ordinationibus Plebanis, & Clericorum: ubi per destitutionem non intelligitur exauctoratio realis, quam degradationem dicimus in c. 2. de passis, in 6. ut voluit Tiraq. de iure primo, quod 39. a n. 1. sed pro privatione beneficii, seu exercitii, quod clerico virtute institutionis competeat, c. accedens 30. dist. cap. fin. de celebrat. Missar. c. novimus, de v. 5. observarunt Petrus Greg. lib. 31. synag. c. 30. n. 1. Moneta de distrib. quod 17. n. 1. Cum enim ea privatio tantum actum jurisdictionis continet, Marius Alerius de censur. disput. 2. c. 7. quatuor Doctores; & quae sunt jurisdictionis praescriptione acquiri valeant, c. inreparabili 13. §. excessus, de offic. ordin. c. cum contingit, de foro competens, ideo haec facultas privandi beneficii praescriptione acquiri potest. E contrario praescriptio non procedit in procuracionibus a subditis praestandis, ut c. accedens 11. c. cum ex officio, hoc tit. Molina de iurisd. tract. 2. disp. 85. Cochier de iurisd. in exempt. part. 1. quod 3. num. 4. Gratianus dissect. for. tom. 1. cap. 57. num. 19. nisi praescriptione introducat; ut procuraciones non in pecunia, sed in fructibus, vel e contra solvantur, ut in c. cum olim 20. de consil. aut circa procuraciones praestitas, in quibus praescriptio locum habet, Barboza de iure Eccles. d. c. 22. n. 27. Et licet hodie ex dispositione Tridentini l. 24. de reformat. non debeat, vel minor pars solvantur, non tamen idem procedit in praescriptione: tum quia alia est praescriptio, alia consuetudo: tum quia consuetudo debet esse rationalis, ex pluritate actuum introducta, unde in praescriptione non idem jus procedit. Similiter non admittitur praescriptio in jure visitationis, non ut unus Praelatus contra alium tale jus praescriptione querat, quia similis praescriptio admittitur, veluti Archidiaconus contra Episcopum, Decanum, vel e contra, c. cum Apostolus 6. de consil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. Barboza de poss. Episcop. alleg. 72. num. 22. sed a subditi contra superiorem, ita ut ab eo non visitetur. Barboza alleg. 129. Similiter obedientia, seu reverentia debita propriis Praelatis, contra eos praescribi non potest, ex nostro capite cum non liceat, Barboza d. alleg. 128.

Quae prohibito praescriptionis circa obedientiam, procuraciones, & jus visitandi, summa ratio statuta est: nam cum per similem praescriptionem juris visitandi, id est diocesis visitetur, impediatur moram correctio, seu reformatio, merito prohibetur, c. cum inter, cap. ex parte, de consuetud. cum opponatur bono publico, quod per visitationem consequitur: sed contra jus publicum praescriptio non datur, l. nisi, ff. de auctap. l. praescriptio, Cod. de oper. public. Ergo praescriptio, per quam intenditur, ne diocesis visitetur, iuste a sacris canonibus improbat. Inde etiam cum procuraciones debentur ratione visitationis, & praestantur ob laborem in ea impensum, cap. procuraciones, de consil. ut ita seminat spirituality praestantur temporalia, iuxta Apostolum relatum in cap. cum secundum, de proband. ideo nec circa procuraciones praescriptio admittitur. Circa inhibitionem praescriptionis obedientiae propriis Praelatis debet ratio esse in prompta, ne videlicet mem-

bra a capite recedant. Deinde quia si in obedientia Praelatis debita admittitur praescriptio, dirumpetur nervus Ecclesiasticae disciplinae, juxta quam inferiores superiores debent obedientiam praestare; & cum consuetudine similiter nervus Ecclesiasticae disciplinae non dirumpatur, cap. cum inter, de consuet. ibi: Nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, dirumpetur nervus Ecclesiasticae disciplinae, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam; & cum in hac parte nulla dispensatio reperiatur inter praescriptionem, & consuetudinem, consequens est, ut sicut consuetudine obedientiae derogari non potest, ita nec praescriptio introduci valeat. Accedit, nam si in tali obedientia praescriptio procederet, divina, ecclesiastica, & civiles leges evacuarentur, l. si Praetor 75. ff. de iudic. l. sicut 7. ff. ne quid in loco publico, & Ecclesia Dei ad nihilum redigeretur, ut ait Leo in c. monemus 18. quod 1. quare recte in praesentem statuitur, praescriptionem non admitti circa obedientiam propriis Praelatis debitam. Unde inferitur, vassallos contra dominos suos praescribere non posse omnimodam obedientiam, seu reverentiam illis debitam; licet possint praescribere aliquam partem, veluti ut coram eis sedeant, vel cooperato capite eos alloquantur. Idem dicendum est circa censuram, seu pensionem; quam solvit emphyteuta in recognitionem domonii, licet enim quoad partem praescribi possit, non tamen in totam, ut post Fontanel. Solorzanum & Cancercium docet Olea de cess. jur. tit. 3. quod 7. num. 28. Similiter deducitur, nullo modo monachum liberatem praescribere contra Praelatum, cui in professione obedientiam promisit, in cuius potestate est, adeo ut nec velle, nec nolle habeat, c. non dicatis 9. 12. g. 1. c. luminoso 18. quod 2. docent Benedict. Pinnellus lib. 2. sect. c. 19. Antoa. Faber in suo Cod. tit. de Episcop. & cleric. definit. 44. non enim a tali obedientia substantiali eximi potest, eo quod multo tempore extra debitam obedientiam moratus sit; quoniam talis exceptio, non libertatis, sed transgressionis argumentum est, nec praescriptionem inducere valet, ut per textum in c. sicut 18. de regul. leg. 1. Cod. de serv. fugit. docent Panormit. in d. c. sicut, num. 3. Gregor. Lopez in l. 23. verbo Assi missis, tit. 14. p. 7. Sanchez tom. 2. summa, lib. 6. c. 2. num. 30. Rodriguez de regul. tom. 2. quod 64. art. 3. aliquo praescriptio tollerit substantialia religionis, quod nec Pontifex facere potest, c. cum ad monasterium, ubi dicemus, de statu monach.

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta, cui responderetur cum Glossa in c. auditis, hoc tit. Bellamera in praesentem, c. cum non liceat, fatendo jura Episcopalia regulariter praescribi potest, non tamen omnia, quia excipiuntur aliqua, in quibus ob specialem rationem praescriptio non procedit: unde licet subditi praescribere possint exemptionem a quibusdam iuribus Episcopalis, non tamen ab obedientia, procuracionibus, & iure visitandi, ex rationibus supra expensis. Nec obstat primum argumentum, ex quo dicebamus, non admitti praescriptionem contra obedientiam, & reverentiam Praelatis debitam, non posse dari praescriptionem admitti inter Principes ullam superioritatem inter se non recognoscentes, ut supra probavi; inter eos enim super controversis regi tali praescriptio admittitur. Nec obstat textus in d. c. cum olim, et 2. qui respondetur in eo non agi de praescriptione, per quam huiusmodi obedientia tollitur; sed per quam ab Episcopo transferatur ad Ecclesiam Romanam, cui de monasterio subiecerat. Quae interpretatio satis inavulsi ex illis verbis ipsius textus: Exprimant jus nostrum. Et ibi: Lasso monasterii in nos redum daret. Atque ita in eo textu exemptio a subiectione Episcopi tam privilegiis, quam praescriptione obtemperata admittitur, ut monasterium Rom. Pontifici immediate subesse. Eodem etiam modo procedit textus in d. c. cum persona, cess. si n. rom, in ea praescriptione, quae secundum jus commune admitti potuit, videlicet cum quis ita existimatur ab Episcopo dioecelano, ut alii subiacent: quo casu obedientia non tollitur, sed transferatur. Docent Garaana in c. pastoralis, de donat. Barboza d. allegat. 128. n. 14. Prosequitur alia de praescriptione inferioris contra obedientiam superioris, Arnificus de Masf. c. 2. fol. 183. Nec obstat argumentum deductum a privilegio, quoniam fatendum est, idem posse praescribi, ac privilegio concedi: ex proinde, posse subditi obedientiam praescribere, verum non sibi ipsi, sed alteri superiori, juxta principium textus in l. forus communis 3. ff. de stipul. forum, ubi scripius communis sibi stipulari non posse respondet Consulibus; attamen alteri domino posse: ita similiter potest subditi obedientiam praescribere contra proprium Praelatum Romano Pontifici se subiacendo; non tamen ita praescribere valet, ut ab ipsius capite sit: quo modo etiam respondetur ultimo argumento dubitanti rationis, nam qui obedientiam praescribit, si simul alii Praelato non parcat, tenet sine capite; quia potestas Romani Pontificis spectat ad universalem subiectionem, quam iure communi habet Ecclesia Romana in omnes fideles. Unde ut praedicta praescriptio procedat, desideratur specialis subiectio, acque ut talis a Romano Pontifice habeatur, ut docet Barboza d. alleg. 128. num. finali.

Ex proxime adductis lucem accipit textus in c. nulla 8. 93. dist. ubi ex sententia Patrum Concilii Parisiensis docetur, nulla ratione clericis habendos esse, qui sub nullis Episcopis disciplinam, & providentia gubernantur, quales Acephalos, id est sine capite, vetus Ecclesiae consuetudo appellat: fuerunt enim haeretici Acephali, seu ut alii malant, Acephalites, qui auctorem habuerunt Severam Antiochenum Episcopum, qui

7 Dissolvitur tur diffinitio.

8 Exponitur c. nulla 93. dist.

qui temere negavit in Christo dari duas naturas, ex e. quibusdam...

Supra traditis opponit potest textus in l. 1. c. de patria potestate...

C A P U T XIII.

Idem a Nobili viro Matefali.

AD audientiam Apostolatus nostri te conquerente pervenit, quod quadam jura de Castro Palatioli, a fel. mem. Alexandro Papa...

N O T A.

Nobilis. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 3. ex qua literarum textus restituitur...

testate distinguunt naturalem illam reverentiam, quam filii parentibus impendere debent...

Quatenus per non usum amittatur privilegium, dicemus in c. si de terra, c. accedentibus, de privileg. h. Seriniarium...

Unde presamitur debitus; census enim per decentiam solutus preamitur recte impositus...

Idem de Hel. Quarteseen. & de Hel. Vuerteseen. Abbatibus. Cum vobis aliis litteris dederimus in mandatis, ut in causa, que inter Ecclesiam Hildesemen. b. ex una parte...

in l. 27. tit. 19. lib. 1. legum Longob. Banuum exigere, banuum Regis solvere, Banuum Dominicum solvere...

Quatenus per non usum amittatur privilegium, dicemus in c. si de terra, c. accedentibus, de privileg. h. Seriniarium...

Unde presamitur debitus; census enim per decentiam solutus preamitur recte impositus...

C A P U T XIV.

Idem de Hel. Quarteseen. & de Hel. Vuerteseen. Abbatibus.

Cum vobis aliis litteris dederimus in mandatis, ut in causa, que inter Ecclesiam Hildesemen. b. ex una parte...

N O T A.

Idem de Hel. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 4. monasteria hec sunt Ordinis D. Benedicti in Germania...

Et recte, cum probatio illa, que resultat ex instrumento levato de Archivo publico, pravealeat probationi testium regulariter...

Unde si laicus contra laicum prescribere intenderet, vel percipiendi decimas, quod laicus privilegio obtinebat, vel exemptionem ab eorum solutione...

Unde presamitur debitus; census enim per decentiam solutus preamitur recte impositus...

Unde presamitur debitus; census enim per decentiam solutus preamitur recte impositus...

Unde presamitur debitus; census enim per decentiam solutus preamitur recte impositus...

Falluntur quidam Ultramontani, inter quos unus est Baldinus in prolog. ad Jus Justin. qui odio Romanæ Ecclesiæ, cupis hollis infensissimus fuit, asseruit hanc novellam non esse authenticam, sed apocrypham; tum quia habet stylum diversum ab aliis; tum quia temporis chronologia non convenit, siquidem legitur scripta ad Joannem veteris Romæ Patriarcham sub Consulatu Belisarii, cum eo anno Agapetus Ecclesiæ Romanam egeret. Verum authenticam esse prædictam novellam q. consilii, siquidem in omnibus exemplaribus juris civilis, quibus ætiam reperitur, & eam agnovit Innocentius III. hic, Joannes VIII. in c. nemo, in fo. 16. q. 4. Bonifacius VIII. in c. fin. hoc tit. in 6. Deinde quia auctores, tam Græci, quam Latini, eam pariter agnoscunt, ut Julianus antecessor in novell. consilii, 8. & Auctor parasiti, lib. 3. tit. 2. consilii, 4. & Inerius pervertit epitomator, qui ex ea delumpit authenticam quas actiones, Cod. de sacrosancti. Ecclesiæ. Holloander in collect. novell. Justin. post repetitam prælectionem Codicis refert eam n. 10. Nec obstant, quod de diversitate stili expendit Baldinus; nam constat, quod ceteræ novellæ fere omnes Græce fuerint scriptæ, hæc autem fuit Latine edita, cum in gratiam Ecclesiæ Latine promulgaretur: quare ea consuetudo non reperitur in originalibus libris Græcarum novellarum: & forsitan Græci Interpretes ejus non meminerunt, præcipue auctores Basilicorum, ut quia eam abrogatam crediderunt per novellam 11. ut Julianus antecessor in epitom. novell. Justin. consilii, 8. ait, in hæc verba: „Præfens constitutio, quæ sub Consulatu Belisarii Kalend. Maji data est, jubet quidem sacratissimam Ecclesiæ Romanæ centum annorum præscriptionem solum in suis actionibus removere, nihil autem de ea latius exponimus, quia innovata est ab alia constitutione, quæ data est IX. Kal. Maji, Belisarii, V. C. Consul. „ Aut quia cum editæ specialis constitutio in favorem Ecclesiæ Romanæ editæ, quam magno odio Græci persequantur, eam consilio omiserunt, utpote Romanæ Ecclesiæ favorabilem. Subscriptio autem illius novellæ mendosam esse jam agnovit Bionius anno Christi 531. sed adhuc illa retinetur, si dicamus Justinianum eam constitutionem fœditæ vivo adhuc Joanne; edidisse vero, & subscripsisse eo defuncto sequenti anno lub Agapeto.

Ad hæc ergo constitutionem Justiniani respexisse Innocentium in præfati exordio: nec illa unquam fuit abrogata per Justinianum in novell. 111. ut voluit Cujacius lib. 5. observat. c. 5. & fere omnes repentes in præfati exordium; verus enim est, Justinianum in prædicta novella 111. esse exaudiendum de Ecclesiis Orientalibus, ita ut per eam Imperator privilegium Romanæ Ecclesiæ circa centenariam præscriptionem non immutasset. Quod probatur primo, quia dicta novella 111. missa est ad Theodorum P. P. Orientis, Igitur de Orientalibus tantum Ecclesiis agebat Justinianus. Secundo, quia Joannes VIII. in dicta, c. nemo, agnoscit eam novellam ut ipsa receptam, non vero correctam, aut abrogatam. Tertio, quia si correctæ esset per dictam novellam 111. Inerius, qui ex ea, & novella 113. depromptit dictam authenticam quas actiones, non adiecit ea verba: *Sola Romana Ecclesiæ quædam centum annorum spatium*; utpote nullius effectus. Igitur quia eam constitutionem adhuc vigentem agnovit Inerius. Facit etiam, quod Cujacius d. lib. 5. observat. cap. 5. expendit, videlicet quod adhuc quæ debetur post dictam novellam 111. in redemptionem captivorum, non præscribantur nisi per centum annos, quia in ea novella Justinianus de eis non meminit; & non datur major ratio pietatis in his, quæ debentur pro redemptione captivorum, aut civitatibus, circa quas ex eadem ratione admittit Cujacius hodie præscriptionem centenariam, quam in his, quæ debentur Ecclesiæ Romanæ. Accedit nam constitutio dictæ novellæ 9. erga Romanam Ecclesiæ est specialis, ut constat ex ejus epigrapha, seu summario, ibi: *Ut Ecclesiæ Romanæ centum annorum quædam præscriptio*. Et edita est ex speciali ratione in ejus initio expressa: sed specialis constitutio non tollitur per generalem, ut probavi late in c. de rescriptis, nec lex generalis derogat speciali, ut ibi etiam notavi. Igitur constitutio specialis dictæ novellæ 9. non derogat per constitutionem generalem dictæ novellæ 111. Ita docuerunt Germonius lib. 2. de sacrosancti. c. 17. n. 42. Mela de præfati. c. 4. n. fin. Pachio, lib. 8. controver. c. 3. Barboia in præfati n. 2. Et si quaras, cur Justinianus in d. novell. 111. correxit jus centenariæ præscriptionis Ecclesiis Orientalibus competens, ex l. ut inter, C. de sacrosancti. Ecclesiæ, quæ missa est ad Julianum P. P. Orientis; non autem correxit dictam novellam 9. aut derogavit juri centenariæ præscriptionis, quoad Ecclesiæ Romanam? Respondendo id provenire ex causis, & rationibus utriusque privilegii. Ut enim referunt Procopius in histor. avens. apud Alemanum, fol. 123. cor. Priscus quidam, Suidas in præfati Emilianus, annus erat trigentesimus, aut quadragesimus, ex quo Emilianorum Ecclesiæ hæc existerat Mammiano viro illustri, cum economi ipsius Ecclesiæ arte Prisci plerique confinxerint instrumenta, quibus ostendebant ingentes pecunias a multis Mammiano, & per consequens Ecclesiæ ejus heredi deberi; scilicet scelere sceleris adjectives, data pecunia Justiniano, vel ejus Quæstoribus, legem illam extorserunt, ne videlicet Ecclesiis Orientalibus alia præscriptio, quam centum annorum daretur, ut refert ex eis Cironius in parat. ad hæc instrumenta. Cum ergo male partum fuisset hoc privilegium, cre-

di potest a Justiniano ideo fuisse revocatum. Quæ ratio cum non vigeret in Romana Ecclesiæ, cui reverentia tantum causa fuerat privilegium illud concessum, non immutavit Justinianus constitutionem factam in dicta novella 9. & ita recte dixi Innocentium in supra relatis verbis legali provisione, referendum esse ad dictam novellam 9.

Romanam.) Quia illi immediate præcebat cenobium Gaudesheim, quod intendebat sibi subjectam esse Ecclesiæ Hil. delemensem, c. dilecta 4. de confirm. utili. Unde jus hoc immediate spectabat ad Romanam Ecclesiæ, alias si secundo rito tantum pertineret, præscriptio ordinaria sufficeret. Quo casu accipit textus in c. si de terra, cap. accedentibus, de præfati, c. volumus, 16. q. 2. c. 2. de cap. monach. Balboa in præfati, n. 11. Per Ecclesiæ Romanam Cujacius in præfati intelligit Ecclesiæ S. Petri, quod sibi persuadeat ex eo, quod in c. ult. hoc tit. in 5. collect. Honorius III. indulget idem privilegium centenariæ præscriptionis Ecclesiæ Lateranensi, his verbis: (Sedis Apostolicæ consensit habere consilium, quæ circa omnes Ecclesiæ lue propendentis debet studio præcavere, quæ ipsi tanquam membra capiti coherent, specialis sibi necessitudinis vinculo sunt adstrictæ. Inde est, quod cum Lateran. Ecclesiæ speciale membrum Apostoli. Sedis, & Romani Pontificis propria Sedes existat, statuimus, & sancimus, ut sicut contra Romanam Ecclesiæ non nisi centenaria currit præscriptio, secundum constitutiones canonicas, & legitimas sanctiones, ita quoque ipsi Ecclesiæ minoris temporis præscriptio non obstant.) Igitur quia tam legalis dispositio, quam canonicæ sanctiones, quæ de centenaria præscriptione loquuntur, exaudiendæ sunt de Ecclesiæ Romanæ S. Petri. Sed hæc Cujacii sententia non potest: tum quia Ecclesiæ Romana præcipua est S. Joannis Lateranensis, ut Honorius supra relatus agnovit, utpote in qua constantur Pontifices; & cum Roma sint quinque Ecclesiæ præstantiores Patriarchales, inter eas prima enumeratur Lateranensis, ut caput reliquarum. Gobel. in notis. Cardin. c. 5. unde Basilica Lateranensis dicitur proprie Ecclesiæ Romana, Onuphrius præf. de Episc. simi. tum quia quoad præscriptionem centenariam non attenditur illa, vel illa Ecclesiæ, sed an res, vel actiones, quæ præscribantur, pertineant ad Romanam Ecclesiæ, & Summum Pontificem, ut ejus Prælatum, & censu debeantur ratione istius, vel illius Ecclesiæ, ut de causa ratione Galtri Palatii debito docetur in cap. 13. præfati. Nec interest, quod Honorius in d. cap. ante, indultus idem beneficium centenariæ præscriptionis Ecclesiæ Lateranensi. Igitur quia ut Ecclesiæ Romanæ non competeat tale jus. Nam respondet Honorius non indultisse hoc privilegium ipsi Ecclesiæ, sed ejus Priori, & Canonicis, ut constat ex epigrapha, ibi: *Digni, & Conventui Lateranensi.* Et hoc est magnum illud privilegium, quod Honorius III. concessit Canonicis referunt Pennotus lib. 3. hist. canonic. regul. c. 52. Onuphrius lib. 5. de Ecclesiæ Later. cap. 2. c. 3. & jam correctam, ut Cironius in dict. cap. ante, hoc tit. in 5. compil. Manet ergo Ecclesiæ Romanam in præfati textu, & aliis, ubi de præscriptione centenaria agitur, accipi non pro certa Ecclesiæ Romæ sita, sed pro rebus, & actionibus Ecclesiæ Romanæ competentibus & debitis.

Intercedentium schismatum.) Consonat idem Innocentius III. lib. 4. regest. 16. ep. 173. ibi: „Nec centenariam contra Romanam Ecclesiæ præscriptionem probare, maxime si tempora schismatum subducantur. „ Quia tunc dormit præscriptio, seu quiescit; ut probavi supra in c. ex transmissa.

COMMENTARIUM.

In his duabus decisionibus relatis in præfati textu, & in c. cum ex officio, 16. infra, agitur de præscriptione centum annorum, quæ minor non procedit, nec currit contra Romanam Ecclesiæ, ex d. novella 9. Justin. ubi notavit Ritherrusius in quibusdam, quas auctores, Cod. de sacrosancti. Ecclesiæ, ubi probavit, Richerius, cap. fin. 16. quæst. 4. c. si diligenti, in fine, hoc tit. cap. cum dilecta 4. de confirmat. utili. d. d. cap. ante, hoc tit. in 5. collect. Innocentius III. dicit episc. 173. cap. 2. hoc tit. in l. 26. tit. 29. p. 3. docuerunt ultra consensu a Barboia & Balboa in præfati; Cujacius hic, & de præfati cap. 34. lib. 5. observat. cap. 5. Idem in notis ad dict. episc. 173. nisi de rebus mobilibus Ecclesiæ Romanæ agatur, ut probat Barboia in præfati, ut de rebus ab hæreticis confiscatis, & a filiis, vel deceptoribus detentis; tunc enim est ad Romanam Ecclesiæ pertinent, per 40. annos præscribantur, cap. final. hoc tit. in 6. docent Gomez lib. 3. variis, cap. 1. num. 81. Covarr. de matr. 2. p. cap. 6. §. 8. Hæc tamen præscriptio centenaria immemoriali comparatur, si probata possessione centum annorum, de contrario facta, aut jure minime constituitur, ut ex multis resolvunt Solorz, tom. 1. de jure Indiar. lib. 3. cap. 3. sum. 71. addentes ad Molinam lib. 2. de primog. cap. 6. ex num. 51. Licet tamen aliquid confundant præscriptionem hanc cum immemoriali, falluntur, siquidem immemoriale tempus prout sonat in jure, dicitur quod hominum memoria excedit, l. 3. §. dicitur, ff. de aqua quaerit. cap. super quibusdam, §. præterea de v. s. Apud nos tamen ex leg. 41. Tauri, quæ est lex l. 1. tit. 7. lib. 5. respicitur, ut immemoriale tempus censetur, si testes de propria scientia pro 40. annis deponant, & de duobus auctoribus majorum. Et quævis hæc lex in speciali casibus qua-

quatur, nihilominus retinenda est in quibuscumque probationibus immemorialis præscriptionis. Molina d. cap. 6. num. 32. c. 33. & ibi addentes, Balboa in præfati, ex n. 6. Licet autem tantum præscriptio 100. annorum tollat actiones, quæ competunt Romanæ Ecclesiæ, in ea tamen com-

putanda non attenditur tempus schismatis, cap. 1. hic tit. aut quod elabitur Sede vacante, cap. de quarta, hoc tit. Synodus Aurel. 4. canon. 32. Ne Ecclesiæ in objecto veniant tempora legibus constituta, dum non existit persona, quæ de utilitate Ecclesiæ arbitrio cogitet.

C A P U T X V.

a Idem Helien. & Rossen. Episcopis.

Auditis, & intellectis attestacionibus, instrumentis, & allegationibus in causa, quæ vertitur inter ven. f. n. Vvigorien. Episcopum, & dilectum filium tuum b Evashamer. Abbatem, super Ecclesiæ in valle de Vvasham constitutis, quas Episcopus asserit ad se diocesana lege spectare, Abbas autem eas esse ab ejus jurisdictione profus exemptas, cognovimus evidenter Ecclesiæ ipsas per privilegium Rom. Pont. non esse ab Episcopali jurisdictione substractas, nisi forte vallis de Evesham sit ille locus, quem a duobus Regibus, Kenredo videlicet, & Offi libertati donatum, bonæ memoriae Constantinus PP. libertate donavit, sicut in istis privilegii continetur. Verum tanto tempore probatur per testes ab Abbatibus Evasham pleno jure possessos, ut videantur in jus Episcopale legitime præscripsisse, nisi forte per tantum tempore vacante consistit, ut tempore e vacationis subducto, præscriptio minime sit completa. Et infra: Quocirca dicit. v. per A. f. n. quod inspect. privilegii prædictorum Regum, quæ Abbas prædicta libertate asserit se habere, si per illa consistit, quod vallis de Evesham sit ille locus, quem prad. n. libertati donavit, absolvatis Eveshamen. Abbatem ab impetratione Vvigorien. Episcopi super Ecclesiis memoratis, & adjacentes illas Abbati pleno jure subjectas, Episcopo super illis silentium imponitur. Quod si Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo infra xl. d. annos Sedes Episcopalis vacavit: & si per tantum tempore vacante consistit, ut illo subducto, non sit quadrageraria completa præscriptio, vos in illis Ecclesiis jus Episcopale adjudicatis Episcopo & super illo perpetuum silentium imponatur Abbati: si autem exceptionem hujusmodi Episcopus non probaverit, quia tamen e interruptionem probavit circa f. professionem Pentecostalem in villa, & in Ecclesiæ de Mortuna, & receptionem, ac g. procuracionem Archidiaconi, necnon solutionem h denariorum S. Petri in valle de Evesham, circa i cognitionem quoque causarum matrimonialium, & capelle suspensionem in prædicta villa de Mortuna, & interdictionem capellanum in præfati villa de Evesham, vos super his jus Episcopale adjudicatis eidem, si tamen circa suspensionem, & interdictionem hujusmodi infra xl. annos interruptio facta fuit, in ceteris eis silentium imponentes, quæ Abbas præscripsisse probatur.

NOTÆ.

- A** Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 5. & in cap. auditis 3. de in integram restitut. c. ex ore 172. de privileg. ubi extra alii partes hujus controversiæ, unde quæ ad præfatum inscriptionem spectant, recitata sunt ex traditis in d. c. 3. Casus autem ita contingit. Inter Vvigorienem Episcopum, & Abbatem Monasterii de Evesham controversia vertebatur super subjectione ipsius Monasterii, tam in capite, quam in membris. Episcopus assererat monasterium, & Ecclesiæ illi subiectas ad se spectare lege diocesana, & jure communi. Abbas contendebat hujusmodi Ecclesiæ esse omnino exemptas jurisdictione Episcopi, tum privilegii Regum Merciorum, tum beneficio Pontificis Constant. Verum Abbas non probavit Ecclesiæ prædictæ exemptas esse a jurisdictione Episcopi, ex privilegio Constantii: probabat tamen per testes, Abbatem Evesham. Jura Episcopalia adversus Episcopum possessione, vel quasi spatio quadraginta annorum præscripsisse. Verum Episcopus opponebat, tanto tempore vacante Ecclesiæ Vvigoriensem, ut deducto tempore vacationis impleta non esset præscriptio. Item opponebat interruptionem præscriptionis per solutionem denarii Sancti Petri, cognitionem causarum matrimonialium, suspensionem parochiarum: quæ omnia peculiariter sunt Episcopi. Innocentius causam commisit Helienfi, & Rosseni Episcopis sub hac forma, ut si constaret vallem de Evesham, esse in loco illo, qui a Constantino Pontifice exemptus fuerat, abolveretur Abbas ab impetratione Episcopi. Quod si Abbas in hac probatione defecisset, admitteretur probationis omnibus ab Episcopo super tempore, quo vacavit Ecclesiæ: & si constaret tanto tempore vacante, ut illo deducto nondum quadrageneraria præscriptio esset impleta, pro Episcopo sententiam dicerent: & si Episcopus hujusmodi exceptionem non probasset, quia tamen probat interruptionem præscriptionis, veluti in processione, & aliis, iustit. Pontilex judicibus datis, ut super his jus Episcopale adjudicarent Episcopo, & in ceteris, quæ Abbas præscripsisset, silentium imponentes.
- B** Evashameren.) Ita legitur in tertia collectione, sed corrupte, in d. c. ex ore 3. de in integram restitut. c. ex ore 172. de privileg. Legendum enim est Evesham, ut post Cujacium notatur in præfati Franc. Florens, & Dadinus Alseffera, Monasterium hoc Evesham, structum fuit in Diocesi Walmesbur. de gossis Pontif. Angliæ, lib. 4. ait: „Habet etiam Vvigorienfis provincia Abbatiam Evesham menslem, & Percforentem. Evesham fundavit B. Babionus Episcopus.
- C** Tempore vacationis.) Juxta supra adducta in capiti, ex transmissa.
- d** Xl. annos.) Quæ præscriptio res Ecclesiæ amittuntur, c. de quarta, & ubi probavit, hoc tit.
- e** Interruptionem.) Civilem videlicet, vel naturalem, juxta tradita supra in c. illud.
- f** Professionem.) Processio in die Pentecostes facienda vetus institutum Ecclesiæ est. Concilium Calletense apud Ordencium Vitalem lib. 5. Presbyteri semel in anno circa Pentecostem collen cum Processionibus suis ad matrem Ecclesiæ ven- D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

niant, & de singulis domibus cere denaræ, vel idem vale, lenis, ad illuminandam Ecclesiæ altari offerant. „ Vvashamer. & oblationes Pentecostes. Innocentius notat lib. 11. episc. 52. de privileg. Sagienfis Ecclesiæ, ibi: „ Omnes oblationes, quæ ad manus Sacerdotum in Sagienfi Ecclesiæ offeruntur, & medietatem Pentecostes. „ Unde in præfati non agitur de processione illa, cum qua solebant monachi recipere Episcopos ad se venientes, juxta veterem Ecclesiæ disciplinam, de qua Sarom, lib. 8. hist. c. 24. Joannes ingredientem vallis Clari processione venerat, Mathæus Parisius in Henrico II. Eodem anno Cantuariensi Episcopo accipere benedictionem a Thoma Cantuariensi Episcopo accipere quærebatur, sed in sua Ecclesiæ, & sine processione, ut f. spicio subjectionis in postera profus abscedat. Agunt Bolquetus in notis ad Innocentium III. lib. 4. regest. 16. episc. 11. Dadinus Alseffera de Ducib. c. 17. lib. 1. & nos in c. fin. de causa possessionis. Tantum enim in præfati agitur de processione Pentecostali, quam cum Clero, & Populo dicebat Episcopus a Civitate Vvigorien. in loca, quæ dicebantur exempta, ut probat, & illustrat Franc. Florens in præfati, cap. 4. de qua processione, & ejus etymologia agemus in cap. nobis, de iurapatron.

g Procuracionem.) Archidiaconi enim in Anglia non solum exigebant procuraciones tempore visitacionis, verum & recipiebant solutionem denariorum S. Petri, ut constat ex c. in qua, de censibus. Unde interruptio præscriptionis in præfati probabatur per receptionem procuracionis ab Archidiacono, & receptionem denariorum Sancti Petri, licet hæc interruptio tantum profuit Episcopo quoad ipsos casus, non quoad alios, in quibus jus libertatis præscriptum erat, quia tantum præscriptum censetur, quantum possessum, L. quæst. meo, §. nisi, ff. de acquir. possess. l. 1. §. si quis interdico, l. 11. ff. de iurata, atque.

h Denariorum S. Petri.) Est præfatio quædam, sive collecta, quam præstabant Angli Romanæ Ecclesiæ, c. in qua, de censibus. Joan. Major. lib. 4. hist. Scotie, c. 2. in lezibus Angliæ, & statuis Vvilelmi Senioris extat titulus de denario S. Petri, qui Anglice dicitur *Ramses*; & ita cavetur: „ Omnis qui habuerit triginta denariis vixæ pecuniam in domo sua de proprio suo, Anglorum lege debent denarius S. Petri, & lege Danorum dimidium marcam. Ille vero denarius debet submoveri in solemnitate S. Petri, & Pauli, & colligi ante festivitatem S. Petri ad vincula. „ Notarunt Bolquetus, & Idumay ad Innocent. III. lib. 3. regest. 16. ep. 77. Cujacius in præfati, qui denarii primo dicebantur Petri; & de his la Concilio Lateran. sub Alexandro III. c. 5. relato in c. ea, de censibus, ubi plura dabinus, cavetur quod in collatione denariorum B. Petri, Ecclesiæ, vel personæ gravari non debent.

i Cognicionem.) Quæ majoribus Prælati competit, ut notat in c. 2. ut lita non consti.

COMMENTARIUM.

Communiter ex hoc textu sequens deducitur assercio; „ Jurisdictione, & jura Episcopalia præscribi ab inferioribus contra Episcopum non possunt. „ Probant eam textus in c. de quarta, c. cum olim 18. hoc tit. c. quicunque, 16. c. 4. 3.

Probat conclusio